patrem suū ⁊ matrem nō p̄t̄ meus esse discipu  
lus: ⁊ hoc sc̄d̄m gratiā: fm̄ naturā etiā ni/  
hil naturalū est peccatū: q̄ peccatū est re/  
cessus ab eo q̄d est fm̄ naturā: vt dicit Da/  
mas. li. ij. sed vniciq̄ rei nāle est illō odi  
re q̄d est sibi p̄trariū ⁊ q̄d nitif̄ ad eius cor  
ruptionē. Ad hoc dicēdū s̄z Tho. sc̄da. 2. q.  
xxxiiij. q̄ odiū amorī opponit̄: vnde tū  
habz odiū de rōne mali q̄tū amor de rōne  
boni: amor ḡ debet̄ p̄ximo fm̄ illō q̄ h̄z a  
deo: id est sc̄d̄m naturam ⁊ gratiam: non  
autē ei debetur amor sc̄d̄m illud q̄d habet  
a seipso ⁊ a diabolo: sc̄z fm̄ p̄ctm̄ ⁊ iusticie  
defectū: ⁊ ideo licitū est in fratre peccatum



odio habere: et etiā omne illud quod pertinet ad defectū diuine iusticie: quia hoc pertinet ad fratris amorē: eiusdem enim rōnis ē quod velimus bonū alicuius: et quod odimus malū ipsius. Pro quo nota quod inter alia sunt tria quod meritoze homo potest et debet odire et hoc in quibus nos impediunt ad beatitudinē consequendā: in quibus vero nos iuuāt ad beatitudinē consequendā sunt diligenda. Primo namque debemus odire nos ipsos: id ē corpus nostrū: tum propter infectionē culpe: tum propter corruptionē nature: que duo aggrauant animā ne possit videre deū: in quibus tamen corpore possumus vti ad dei seruitiū: sicut illud Ro. vi. Exhibete membra vestra seruire iusticie: sic debemus ipsū diligere dilectione charitatis: vnde dicit Grego. in omel. quadā: tunc etiam animā nostrā bene odimus cū eius carnalibus desiderijs non acquiescimus cū eius appetitū frangimus: et eius voluptatibus reluctamur. Secundo debemus odire peccatorum transgressiones et eorum vitare conuersationes: ne eorum cōmunicatione maculemur: quia culpa eorum deo contrariatur: et est beatitudinis impedimentū: vnde sicut ea quibus deo aduersantur sunt odendi quicunque peccatores et pater et mater et propinquus: et sic intelligit illud Luce. xliij. si quis uelit ad me et non odit patrem suū et matrem et fratrem et sororem. adhuc autem et animā suā non potest me esse discipulum. hinc dicit ps. cxviiij. Iniquos odio habui: et ite x. xxv. d. diuine ecclesiarum malignā et ad deum: nonne quod oderunt te domine oderant: nec mirū cū amor ipsorum odiū in deū reputat: Unde dictū ē Josaphat. iij. Reg. vii. ipso preces auxiliū et his qui oderunt deum iungeret amicitia: idcirco iram domini merebaris etc. Tertio debemus odire parentū et amicorum carnalē affectionē: et hoc in quibus nos impediunt et retrahunt a beatitudine consequenda alii autem sunt honorandi et diligendi: de his dicit Hiero. licet sparso crine et scissis vestibus uera quibus te nutrierat mater ostendat: licet in limine pater iaceat: pro calcato proge prece et pro calcata proge matre: et clausis oculis ad vexillū crucis euola: solū pietatē genuus est in hac re esse crudelē. Et ite x. Hiero. in omel. ama post deū patrem: ama matrem: ama filios: si autem necessitas uenerit ut amor parentum ac filiorum amorī dei comparetur ut non possit utrumque seruari: odium in suos: pietas in deum est: sic nimirum et inimicos nostros precipimur diligere sed aduersarios in uia dei: licet carnis coniunctioe

proximus precipimur odire. Unde Grego. in omel. quadā: ametur quilibet in hoc mundo aduersarius sed in uia dei contrarius non ametur etiā propinquus: quod quis enim iam eterne concupiscit in ea quam aggreditur causa dei extra matrem: extra patrem: extra uxorem: extra filios: extra cognatos: extra seipsum fieri debet: ut eo uerius deū cognoscant quo in eius causa neminem recognoscit. Teruntamē duo sunt que prohibemur odire in proximo: siue fuerit cognatus siue amicus siue inimicus. Primo namque iubemur non odire naturā humanam quā utique deus bonā condidit et bonarum ualde: utpote rationalē et ipsius diuinitatis capacē: hinc ergo non debemus appetere malū: nec etiam amicum quo ad corpus nisi in quibus corporal afflicto de seruire posset ad salutē anime sue etiā causa uindictę susceptis prius iniuriis: quod ostendit dominus in suo Matth. xviii. qui debebat decem milia talenta: quem tamen non soluentē neque uocare non uoluit: sed rogatus omnia remisit: postquam autem pro seruo debitū dimittere noluit: propterea seruus neque appellari meruit: et in carcerē donec uniuersū debitū solueret tradi iussus ē: et dominus subiunxit: Sic pater meus celestis faciet uobis si non remiseritis. Hinc dicit magister sententiarum in. iij. di. xxij. quod qui diuini beneficii oblitus suas uult uindicare iniurias: non solū de futuris peccatis uentū non meret sed etiam propter ita que sibi dimissa credebat ei ad penā replicabuntur: quia propter ingratiudinē ita reus et peccator constituitur ut antea fuerat. Et hoc doctores specialiter in quattuor peccatis contingere dicunt: vnde versus. Fratres odit apostata sit spernitque fateri. Penitus ille piget. i. penitet propterea culpa redit. Utius causa ē sicut Tho. quod sunt quattuor non solū contra remittentē peccata sicut omnia alia uitia: sed etiā sunt contra remedium quo peccata dimittuntur: quorum remissio primo attribuitur fidei sine qua impossibile ē placere deo: quod scilicet ipsum peccatū agnoscit. Secundo charitati quod peccatū execrat et humanū affectū auertit. Tertio penitentię quod de propteritatis satisfacit: et ideo odium fraternū quod opponit charitati et apostasia quod opponit fidei: et duo alia quod opponunt penitentię specialē habent rōnē quod faciunt redire peccata: quia sunt contra remediū quod peccata dimittuntur: vnde cōtra odij seminariū pertinacię prostantes corporali maledictione mulctantur a deo: iuxta illud Eccl. xxvij. laqueo peribunt qui oblectantur casu iustorum: dolor autem presumet



eos anteq̄ moriantur. Porro laqueo perit q̄ iprouise perit. Sic absalon odio pat̄ no cōmotus in eius p̄secutiōe suspensus ī arboze perijt. Sic pharao ferali odio p̄sequens filios israel cū om̄i exercitu suo submersus est. Sic ip̄ij iudei per odiū christuz occidentes a tito ⁊ vespasiano morte crudelissima mulctati sunt: vt sic qui gladius acceperint gladio pereāt. Ex quib⁹ liq̄t q̄ detestabile vitiū sit odiū q̄tū ad naturam p̄ximī. Pro quo sciēdū fm̄ Tho. scda. 2. q. xxxiij. q̄ peccatū cōmissū in p̄ximū habet rōnē mali ex duobus. Anū est nocumētū qd̄ infertur ei p̄tra quē peccat: ⁊ sic homicidiū actuale grauissimū est peccatoruz qd̄ in p̄ximū cōmittit: qd̄ materialit̄ se habet ad peccatū homicidij. Secundum vero qd̄ formaliter se habet est deordinatio voluntatis eius q̄ p̄petrat: ⁊ qz formale potissimū est in omni actu: ideo odiū simpliciter est maius peccatū q̄ exteriores actus q̄ fiunt in nocumētū p̄ximī: qz per odiū deordinat̄ volūtas hominis q̄ est potissimū ī homine ⁊ ex qua est peccati radix. An̄ si act⁹ exteriores inordinati essent absq̄ inordinatiōe voluntatis nō essent peccatā: puta cum quis ex ignorantia p̄babili vel zelo iusticie hominē occidit: ⁊ si quid culpe est in exterioribus actibus qui p̄tra p̄ximū cōmittunt totū est ex interiori odio: ⁊ ideo dñs in lege veteri vindictā homicidij moderauit fm̄ homicide affectū pot⁹ q̄ effectū: mandauit em̄. Deut. xix. dicēs: hec erit lex homicide fugientis: q̄ p̄cusserit p̄ximū suū nesciēs: ⁊ q̄ heri ⁊ nudius tertius nulluz cōtra eū odiū habuisse cōprobat: sed ab ip̄se simplicit̄ cū eo in siluā ad ligna cedēda: ferrūq̄ lapsū casu p̄cusserit amicū: confugiet ad vnā de vrbibus refugij ⁊ viuet: nō em̄ est reus mortis: qz nullū p̄tra eū q̄ occisus est odiū p̄ius habuisse mōstrat. Si q̄ aut̄ odio habēs p̄ximū insidiat⁹ fuerit vite eius: surgēsq̄ p̄cusserit illū ⁊ mortu⁹ fuerit: fugeritq̄ ad vnā de vrbibus refugij: arripient eū seniores illius vrbis: tradentq̄ in manū p̄ximī cuius sanguis effusus est ⁊ moriet⁹: nec misereberis eius: sanguinez noxiū auferēs de israel vt bene sit tibi. Et Exo. xxj. Si q̄s p̄ industriā occiderit p̄ximū suū: ⁊ p̄ insidias ab altari meo euellat eū vt moriat⁹. Ex quib⁹ patet qd̄ dñs plus pensat affectū q̄ factū: ⁊ sic odiū in homicidio tanq̄ formale videt̄ esse potissimum in malicia. Secūdo vero inuenitur in ho-

mine nō odire diuinā gratiā: qd̄ em̄ damnablem̄ odiūt ⁊ inuidēt diuine gratie crescenti in mūdo: qd̄ est vitiū omnino diabolicū ⁊ obstinatioz vitiū speciale: q̄ gaudent habere socios impietatis dolētes de om̄i religiofitate: quo nimirū vitiū diabolus īexpiablem̄ reus est: tales em̄ q̄tū in se est q̄rūt extinguere vex cultū diuinū. Hoc vitiū stimulat⁹ Achā rex iuda cū Esa. vij. iubere tur petere signū liberatiōis a duobus regibus scz israel ⁊ syrie q̄ venerūt ad deuastrandū terrā iuda: p̄cipendēs ille diuinā bonitatē cū esset idolatra pessim⁹ signū petere recusauit: qz timuit qd̄ in optato signo deus glorificaret: ⁊ sic a pplis idola relinquerentur: eligēs cū periculo regni sui refutare signū ne diuina religio sumeret augmentum. Sic hodie multoz pueritas augmento christiane religionis inuidet. in cui⁹ argumentū nō solū corde recalcitrat sed etiā plerūq̄ cōuitijs irrisionib⁹ ⁊ p̄secutiōibus insequit̄ diuinā gratiā ⁊ operadores eius. Qd̄ vtiq̄ peccatū corā deo tanto dinoscit̄ execrabilius: quāto nimirū obiectū ī quod peccat̄ est excellētius ⁊ om̄i gratiarū actione dignius qd̄ est ip̄a gratia diuina. Cui⁹ etiā peccati magnitudo satis ostēdit̄ ī vñ dicta pueroz. iij. Reg. ij. vbi dicit̄: qd̄ cum ascēderet Heliseus vt iret p̄ viā in Bethel pueri qui egrediebant̄ de ciuitate: q̄ vt v̄ra dicit̄ ibidē ad hoc edocti fuerāt ⁊ incitati a suis parentib⁹ idolatris: vt subsannarent p̄phetas dñi: qz cultores dei diuināq̄ religionē odio habuerūt: ⁊ dixerūt ad Heliseū: ascēde calue ascēde calue: capite nāq̄ caluus erat Heliseus: cōsiderās q̄ radicē huius illusionis maledixit pueris vt et eoz parētes in ipsis punirent: nec decetero parentū maliciā imitarent: subitoq̄ venerunt vñ duo lacerantes ex eis. xl. duos pueros ad illusionem p̄phete vindicandā. Si talis ergo pena debet̄ illudētib⁹ puul: o quid erit senibus inuidētib⁹ ⁊ p̄sequētibus. Secūdo queri pōt de odio dei vtrū scz deus odio haberi possit: p̄sertim cū dicit̄ Dyoni. iij. c. de diu. no. qd̄ omnib⁹ amabile ⁊ diligibile ē p̄mū bonū ⁊ pulchz: s; de⁹ est ip̄a bonitas ⁊ pulchritudo. Ad h̄ rōndet Tho. vbi. s. qd̄ odiū est qd̄a mor⁹ appetitue potētie q̄ nō mouet nisi ab aliq̄ apphēso. De⁹ igit̄ ab homīe dupliciter apphēdi pōt. Anō mō fm̄ seipm̄: puta cū p̄ essentiaz videt̄ p̄ quā est ip̄a bonitas: quā visā nullus odio habere pōt: qz de ratione boni est



q̄ amef: et impossibile est q̄ q̄s deū p̄ essenti  
 am videns odio habeat. Hinc in beat̄ fir/  
 mata erit tā affectuosa charitas in deū et  
 etiā in primū p̄pter p̄cipiū sūmi boni q̄  
 q̄libet singulos alios diligit sicut seip̄s:  
 et in singulis ac omnib⁹ deū diligit ac plus  
 deū diligit q̄ se et omnes alios: q̄d̄ magis  
 amplectēdū ē: plus mille milies diligit a  
 deo q̄ deū diligit. Alio mō deus p̄ effect⁹  
 suos videri p̄t eo q̄ sc̄dm apl̄m iuisibilia  
 dei p̄ ea que facta sunt intellecta aspiciun/  
 tur. Sunt igif aliqui effect⁹ ei⁹ q̄ nullo mō  
 p̄t esse strarij humane volūtati: sicut esse  
 viuere: intelligere: qui sunt oib⁹ appetibi  
 biles et amabiles: sc̄dm q̄ q̄ app̄hendit vt  
 hoz dator effectū odio haberi nō p̄t: cū  
 oīa inq̄tū sunt in dei similitudinē tendūt  
 q̄ est ip̄m esse. Sunt etiā alij quidā effectus  
 dei q̄ repugnāt inordinate volūtati: sic in/  
 flicio penarū et inhibitiō peccatorū p̄ legez  
 diuinā: q̄ repugnant volūtati p̄ peccatū de/  
 prauate: et p̄ p̄siderationē taliū effectū ab  
 aliq̄bus deus odio haberi p̄t: inq̄tū app̄  
 henditur vt peccatorū p̄hibitor et penarū  
 inflictor. Non tñ quicunq̄ penas odit de/  
 um auctorē penarū odit. Multi nāq̄ penas  
 odiūt q̄ tñ eas ex reuerentia diuine iusticie  
 patient̄ ferūt. Dicit em̄ Aug. x. p̄f. q̄ ma  
 la penalia deus iubet tolerare non amare.  
 Sed prumpere in odiū dei punientis hoc  
 est odio habere ipsam dei iusticiā: ex q̄ vt  
 frequenter sequitur blasphemā: quā hoz/  
 ribiliter vindicatā in puero quinq̄ annoꝝ  
 scribit Gregori⁹ in dialogo. De qua simili  
 ter Leuit. xxiiij. habetur: q̄ filius mulier  
 Israelitidis quē p̄ceperat de viro egyptio  
 dicunt em̄ doctores Hebrei Exo. ij. q̄ egypti  
 ptius quem moyses interfecit erat vn⁹ de  
 p̄positis ad cōpellendū filios israel ad af/  
 flicionē laboris: qui percussit quendē ex  
 ex Hebreis qui fuit maritus Solomith q̄  
 fuit pulchra valde: de qua habetur Nume  
 ri. xxiiij. Hāz ille egyptius in auroza fecit  
 surgere maritū occupando eum in labore  
 et tunc redijt ad vxorem ei⁹ que recepit euz  
 credens esse maritū suū: cum ergo ma/  
 ritus postea cognouisset rem gestā argue/  
 bat inde egyptium: propter quod egypti⁹  
 eum percutiebat ac grauius affligebat: in  
 cuius vltionem a moyse interfecit: q̄  
 in adulterio predicto genuit filiū: blasphe  
 mum: vt patet Leuitic. xxiiij. mozes enim  
 paternos imitans: dum ad ip̄patientiā mo/  
 zis erat detestationē diuini nominis et cul

tutus que prius in corde latuit tunc effun/  
 debat: sc̄dm Hebreos em̄ nominauit i pu/  
 blico nomē domini tetragrāmaton: quod  
 p̄pter reuerentiā diuinā nō erat licitū no/  
 minare: nisi in benedictionibus sacerdo/  
 tū: et illud nomē maledixit: p̄pter q̄d̄ ex di/  
 uino mādato morte mulctatus ē. Sic ad/  
 huc multi diabolico spū sc̄z inuidie v̄l odij  
 p̄citati quasi p̄ nihilo ducunt diuinas blas/  
 phemias. Tertio deniq̄ queri p̄t: vtrū  
 odiū dei sit grauiſsimū peccatū: p̄sertim  
 cū peccatū in spū sanctū iudicat̄ grauiſsi  
 mum: vtpote q̄d̄ ē irremissibile sic dicitur  
 Matth. xij. s̄z odiū dei nō cōputat̄ inē spe/  
 cies peccati in spū sanctū. Ad hoc dicēdū  
 fm Tho. vbi. s̄. q̄ rō culpe cōsistit in auer/  
 sione volūtaria a deo: volūtas aut̄ sic p̄ se  
 inheret ei q̄ amat: ita fm se refugit id q̄d̄  
 odit: et ideo cum q̄s deū odit volūtas eius  
 sc̄dm se a deo auertit: in alijs aut̄ peccatis  
 vt in luxuria: auaricia et̄. quis nō auertit  
 a deo sc̄dm se sed sc̄dm aliud: inq̄tū sc̄z ap/  
 petit inordinatā delectationē que h̄z anne  
 xam auersionē a deo: cū igif id quod est p̄  
 se potius est eo q̄d̄ est sc̄dm aliud: ideo odit  
 um dei grauiſsimū peccatū est. Q̄d̄ etiā pa  
 tet ex eo: q̄ vt dicit̄. viij. Ethic. optimū op  
 ponit̄ pessimo: sed odiū dei opponit̄ vile/  
 ctioni dei in qua cōsistit optimū hominis: er  
 go diuinū odiū est pessimū peccatū hominis  
 Hinc dicit Grego. xxv. mora. q̄ sicut nōnū/  
 q̄ graui⁹ est peccatū diligere q̄ p̄petrare: ita  
 nequius est odisse iusticiā q̄ nō fecisse: vnde  
 licet infidelitas iudicat̄ peccatū gra  
 uissimū: tñ ratiōne culpe nō habz nisi inq̄/  
 tū est voluntaria: et ideo tanto grauior ē q̄  
 to magis voluntaria. Q̄d̄ aut̄ sit voluntaria  
 p̄uenit ex eo q̄ odio quis habet veritatez  
 q̄ p̄ponit̄: ex quo patet q̄ ratio peccati i in/  
 fidelitate fit ex odio dei circa cuius verita  
 tē est fides: sicut ergo causa maior est effe/  
 ctu sic odiū dei maius peccatū est q̄ infide  
 litas. Q̄d̄ aut̄ obijcit̄ de peccatis in spū  
 sanctū dicēdū est q̄ sic ait Grego. xxv. mo/  
 raliū: aliud est bona nō facere: aliud v̄o bo  
 noꝝ odisse datorē: sicut aliud est ex p̄cipita  
 tione aliud ex deliberatiōe peccare: ex quo  
 dat̄ intelligi: q̄ odire deū omniū bonoꝝ  
 datorē: sit ex deliberatiōe peccare q̄d̄ ē pec  
 care in spū sanctū: vnde manifestū ē q̄  
 odiū dei maxime est peccatū in spū sanctū:  
 fm q̄ peccatū in spū sanctū nomiat̄  
 aliq̄d̄ speciale genus peccati: sed ideo non  
 computatur inter species peccati in spū



tu sanctū: qz generaliter iuenit in omni specie peccati in spiritū sanctum: est em̄ velut quoddā letale virus omnium vitioꝝ q̄ committunt in spiritū sanctū: de quibus in sermone sequenti videbitur. Ad laud.

De sex peccatis in spiritū sanctū in generali et speciali: et quare sūt irremissibilia: Ser. XXXIII

### Non occides Exo:

xx. Hoz occasione que dicta sūt in sermone p̄cedenti in fine: vidē dū est de peccatis in spiritū sanctū q̄ fomētū suū vt in pluribus sumunt: ex vitio cordis rancorosi et infecti detestabili odio dei.

Ad cuius euidētā queri pōt primo: vtz sit aliq̄d peccatū in spiritū sanctū: p̄sertim cū illi singularit̄ dicerēt̄ ī spū sanctū peccare: quibus placeret malicia p̄pter se: sicut econuerso pijs mentib⁹ placet ipsa bonitas vel virtus sc̄dm se: sed malicia nulli propter se placet: quia malū est sc̄dm p̄m et nullus ad malū intēdēs operat̄: vt dicit Dion. iij. c. de di. no. Ad hoc r̄ndet Thomas sup sc̄dm di. xliij. q̄ sicut peccare ex īfirmitate: id est ex passione innata v̄l acq̄sita: cū p̄pter impetū passiōis iudiciū rationis obruit̄ est peccare in patrē cui potentia ascribit̄: quia patres solēt esse senes et ī potentes: ne ergo quis sic esse crederet in trinitate: ideo approbato vocabulo patri potentia attribuit̄: et sicut peccare ex ignorantia eoz quoz sciētia a peccato p̄seruat̄: vt sic ignorantia sit causa peccati: ē peccare in filiū: cui sapientia attribuit̄: ne filius dei credat̄ imperit̄ cū ceteri filij solent esse iuuenes et imperiti. Sic etiam ex certa malicia peccare et electiōe: qm̄ scz quis deliberas adheret peccato: nō quasi quadā tēptatione victus aut ignorantia circūctus: sed p̄pter hoc q̄ habet appetitū corruptū placet sibi peccatū illud sc̄dm se. Sed h̄ dupliciter fieri pōt. Primo p̄ potentiaz alicui⁹ rei in elegēte p̄ quā inclinat̄ in talē actū: sic sibi similit̄: et sic oīs habēs habituz peccati v̄l virtutis inclinat̄ in act⁹ siles suis habitibus: qz naturalis appetit⁹ ē in id qd̄ ē sibi sile: vt q̄ h̄z habitū itēperat̄ie eligit actum itēperat̄ie: et sic de alijs: et h̄ nō d̄z p̄prie peccatū in spū sanctū: quia fiat ex electiōe: qz maliciā sub rōne malicie null⁹ vnq̄ voluit s̄ fm̄ q̄ ipm̄ estimat̄ bonū ipi peccanti: qm̄ q̄ctas corruptū eius appetitū. Alio modo

peccatū eligit̄ ex certa malicia: qm̄ volūtas reijcit id p̄ qd̄ hō a pctō possit retrahi: vbi gr̄a iā aliq̄s se a pctis abstinēt p̄p̄ expectationē retributiōis et̄ne: si q̄ sp̄e futuri premij a se volūtarie p̄ijcit: v̄l aliq̄d aliō qd̄ a pctō retrahēbat: scz timorē p̄ p̄sūptionē et sic de alijs: tūc eliget h̄ qd̄ erit sibi delectabile fm̄ carnē q̄si p̄ se bonum: et sic ex certa malicia peccat abijciēs volūtarie qd̄ eū retrahēbat a p̄petratiōe culpe: et hoc ē p̄prie peccatuz in spū sanctū: cui appropriat̄ ip̄a bonitas: qz spūs est nomē arrogat̄ie elationis et superbie: ne spūs sanctus habere credat̄ arrogat̄iā et supbiā: vñ pctm̄ in spū sanctū ī omni pctō latere pōt: et tūc in illo pctō reperit̄ act⁹ duo q̄z vterq̄ ē peccatū grauis simū in genere suo. Exēpli gr̄a: fornicator in vno actu fornicatiōis et̄na p̄mia p̄tēnita se sp̄e eoz abijciēs: et ī h̄ peccat pctō desperatiōis: et qz desperat de p̄mio icidit ī actū fornicatiōis cū maiori p̄tēptu: qz p̄tēpt⁹ aggranat peccatū fornicatiōis: qz act⁹ ille p̄uenit tūc ex certa electione p̄p̄ p̄cedētē actū: et sic pctm̄ fornicatiōis trahit secū aliō pctm̄ speciale qd̄ est in spū sanctū. Et dicit Hein. de v̄l maria sup decē p̄cept̄ in. iij. p̄cepto: q̄ pctm̄ in spū sanctū p̄prie d̄z illud qd̄ ipugnat bōitatē spūs sancti: scz ex cui⁹ gr̄a fit remissio pctōꝝ: et tale ē pctūm qd̄ fit ex certa malicia fm̄ theolo. v̄l ex electiōe fm̄ p̄m. ij. Ethic. et tale pctm̄ d̄z irremissibile.

Pro q̄ nota q̄ irremissibile tripliciter accipi p̄t. Primo negatiue: s. vt nullo mō possit remitti: et h̄ mō pctm̄ āgeloz et dānatoꝝ ē irremissibile. Secūdo mō p̄uatiue: vt qd̄ nō h̄z p̄gruētā ex se q̄re remitti debeat: h̄ ex cōgruo possit om̄ne pctm̄ remitti: et h̄ mō om̄ne peccatū mortale ē irremissibile. Tertio modo p̄rie fm̄ q̄ aliq̄ culpa p̄trariā h̄z dispositionem ad remittendum: et hoc modo peccatū in spū sanctū ē irremissibile: nō ex eo q̄ nūq̄ remittit̄ cū deus sit infinite misericordie cui⁹ viscera nūq̄ homī subtrahunt̄ dū vixerit: s̄ qz nō h̄z aptitudinē ad h̄ q̄ remissibile sit ex pte delinq̄nt̄: eo q̄ h̄is peccatis volūtas a se repellit id p̄ quod oportet fieri remissio peccatorum. Unde sc̄dm Thomā vbi supra sic egritudo diceret̄ incurabil̄ q̄ faceret fastidiū medicine: sic peccatū dicit̄ irremissibile p̄ cuius actū spiritalis medicine directe repellit̄: hinc manente pctō in spū sanctū. nō manet ex pte peccantis addit⁹ ad gratiā: qz dicit Aug⁹. li. de sermōe dñi q̄ tāta est labes hui⁹ pcti q̄



humilitatē deprecādi subire nō pōt. Ex q̄  
 bus elicif q̄ ex ip̄a culpa tā sepius iterata  
 peccator sic egrotat q̄ nō pateat addit<sup>o</sup> di  
 uine gratie: q̄ peccator cū puenerit in pfū  
 dū maloz p̄tēnit: sc̄z resipisci: vt dicif p̄u.  
 xvij. Et licet hoc vitū in multis q̄ diu sa  
 ni sunt secretū remāeat tñ in fine vite se ple  
 rūq̄ signis euidentib<sup>9</sup> māifestat. P̄rop̄ h̄  
 etiā dicif irremissibile: q̄ in sacra scriptu  
 ra peccatū in spiritūsanctū nō legit dimis  
 sū sicut Melchisedech dicif sine patre: q̄  
 nō legit de eius patre. Respiscētes tñ āte  
 mortē a morbo peccati huius: q̄ difficultē  
 r̄ raro p̄tingere arbitroz: p̄ imensitatē infi  
 nite diuine misericordie: nō solū ventā cō  
 sequitur sed etiā abūdātiori grā q̄nq̄ p̄ue  
 nit: vt vbi abūdauit delictū supabūdet et  
 gratia: si saltē comites humilitas p̄fundi  
 or gratitudo p̄fusior: emēdatio sollicitior:  
 r̄ charitas itēstoz. Secūdo q̄ri pōt q̄t de  
 signāf eē species peccati ī spūsanctū. Ad  
 hoc dicēdū fm Tho. vbi. s. sc̄da. 2<sup>o</sup>. q. xiiij  
 q̄ fm peccatū in spūsanctū h̄ accipimus:  
 sex sūt peccata in spūsanctū q̄ tollūt oīa  
 illa q̄ requirūt ad remissionē peccatoz: et  
 ideo dicunt irremissibilia. Q̄ sic ostendī  
 pōt: nā ab electiōe peccati q̄s auertif ex cō  
 sideratiōe diuini iudicij q̄d habet iusticiāz  
 cū misericordiā r̄ h̄ p̄ spem q̄ p̄surgit ex cōsi  
 deratiōe misericordie remittētis pctā r̄ p̄mi  
 antis bona: sed h̄ tollif p̄ desperationem.  
 Et itēz p̄ timorē q̄ p̄surgit ex cōsideratione  
 diuine iusticie punientis pctā. Sed h̄ tol  
 litur p̄ p̄sumptionē: dū se q̄s adipisci p̄su  
 mit glām sine meritis vel veniā sine peni  
 tentia. Secūdo q̄s auertif ab electiōe pec  
 cati ex cōsideratiōe donoꝝ ipsius dei q̄ sūt  
 duo. P̄mū est cognitio veritatē: p̄tra q̄d  
 ponif ip̄gnatio veritatis agnite: duz sc̄z  
 aliq̄s veritatē fidei agnitā impugnat vt li  
 cētius peccet. Aliud est auxiliū interioris  
 gratie p̄tra q̄d ponif iuidētia fraēne gra  
 tie: dū q̄s inuidet gratie dei crescētī in mū  
 do. Terio quis auertif ab electiōe pecca  
 ti ex cōsideratiōe ipsius peccati. In q̄ duo  
 sunt cōsiderāda. P̄mū est inordinatio et  
 turpitudō actus: cuius cōsideratio solet in  
 ducere penitētā in homine de pctō cōmis  
 so. Sed cōtra hoc ponif impenitētia ipoz  
 tat p̄positū nō penitēdi. Secūdū est boni  
 prauitas. r̄ breuitas q̄ q̄s in peccato q̄rit:  
 q̄ momentaneū est q̄d delectat: eternū ve  
 ro q̄d cruciat: cuius cōsideratio solet homi  
 nē ad hoc inducere q̄ ei<sup>9</sup> volūtas peccato

non firmef. Sed hoc tollif p̄ obstinationē  
 qua quis firmat p̄positū suū in hoc q̄ pec  
 cato inhereat. Hic tamē generalit̄ notā dū  
 q̄d q̄dlibet p̄dictoz peccatoz duplicif ac  
 cidere pōt. P̄mū ex aliquo defectu exte  
 riori: puta p̄pter defectū aliq̄e rōnis regē  
 tis: vl̄ p̄pter aliq̄e impetū alicui<sup>9</sup> impellē  
 tis: sicut q̄n infirmitatē vl̄ ignorantā agū  
 tur: r̄ sic nō sunt species peccati in spūsanctū:  
 quia sic non est dicēdus aliq̄s despera  
 tus vl̄ ipenitēs p̄ se sed p̄ accidēs. Alio mō  
 ex hoc q̄ volūtas tēdit ex p̄pria malicia in  
 vnū q̄d q̄: vt q̄ nō vult habere spem de fu  
 turis p̄mijs: timorē de futuris supplicijs:  
 vel note veritati assentire r̄ sic de alijs: r̄ h̄  
 modo sunt species peccati in spūsanctū.  
 Quibus p̄missis singula peccata breuit̄ p̄  
 curramus. P̄mū igit̄ peccatū in spiritū  
 sanctū est desperatio: q̄ ipugnat diuinā mi  
 sericordiā. De qua dicit Hein. de v̄imaria  
 de decē p̄ceptis: q̄ si labat aliquis ī despe  
 rationē ex infirmitate vl̄ ex granitate com  
 plexionis: r̄ de hoc dolet et renitif in q̄tū  
 potest: sic desperatio nō est peccatū nisi for  
 te veniale. Si vero p̄tingat hec ex errore vl̄  
 deceptione: puta si estimat obsequiū se pre  
 stare deo si seipsū occidat tunc est mortale  
 peccatū. Si quis aut̄ desperat ex certa ma  
 licia vl̄ ex electione: vt diffinitiuē dicat cū  
 Layn. Maior ē iniquitas mea q̄ vt veniam  
 merear: r̄ tunc peccatū est in spiritūsanctū  
 credēs magnitudinē delictoz suoz iā dei  
 misericordiaz excessisse: r̄ ob hoc de vitijs  
 ascendit ad vitia: sicut hij qui dixerūt Die  
 re. xvij. Desperauimus post cogitationes  
 nostras ibimus: r̄ vnusq̄sq̄ post prauitatē  
 cordis sui malū faciem<sup>9</sup>. Cū tñ nullo modo  
 desperandum est q̄ diu sumus in hoc cor  
 pore: vt patet de pe. di. vij. c. nemo: vbi pla  
 ne de hoc r̄. s. se. Ad maiorē tamen euidē  
 tiam distinguit Tho. duplicē desperatio  
 nem sc̄da. 2<sup>o</sup>. q. xx. dicens: q̄ prima dicitur  
 desperatio vniuersalis qua quis existimat  
 dei misericordiā non esse infinitā: diuine  
 misericordie culpā suam preponderans: si  
 cut Layn r̄ etiā Judas qui desperās ait:  
 peccavi tradens sanguinem iustum: quod  
 vtiq̄ peccatum graui<sup>9</sup> erat peccato fratri  
 cidij immo deicidij: quia desperatio talis  
 est actus infidelitatis. Secunda vero dici  
 tur desperatio particularis: cum sc̄z quis  
 in vniuersali tenet veram existimationem  
 fidei: q̄ sc̄z remissio peccatoꝝ est in eccle  
 sia militante: sed desperat de diuina mise /



recórdia ppter pñcularem ei⁹ indispositio-  
nē: q̄ sc̄z in tali stato existenti nō sit speran-  
dū: de venia ⁊ cū hoc desperat a pctō posse  
resurgere v̄l qđ peius est p̄temnit respici-  
scere ⁊ talis desperatio piculosissima ē: qz  
per spem a malis maxime reuocamur ⁊ ad  
bona reducimur: qua sublata defluūt ho-  
mines ad vitia irrefrenata ꝓcupiscētia: sic  
Cayn desperās fm̄ Josephū rapinis ⁊ vio-  
lentia ꝓgregās opes ad latrocinia suos i-  
nitabat. ꝓprie tamē ⁊ stricte loquendo  
desperatio fm̄ qđ ē pctm̄ in sp̄ritūsanctum  
nō puenit ex hoc qđ aliquis pctōꝝ remi-  
sionē neget s̄ qđ remissionē pctōꝝ quā fie-  
ri credit a se sp̄ote abijcit vt liberi⁹ peccet:  
dum nō vult tendere in hoc qđ remissionē  
pctōꝝ ꝓsequatur. Secūdu pctm̄ i sp̄-  
ritūsanctum ē presumptio: que impugnat  
diuinā iusticiā. De qua dicit Hein. de vni-  
maria: vbi supra: qđ presumptio aut inna-  
scit ex in firmitate qua homo nimis d̄ dei  
misericordia cōfidit: ⁊ sic est pctm̄ veniale:  
aut inascitur ex errore nimis de meritis su-  
is ꝓsumens: ⁊ sic ē mortale ⁊ sp̄s supbie:  
aut inascitur ex certa malicia qua omnino  
intendit dei iusticiam eneruare presumen-  
do de pcti impunitate: ⁊ sic est proprie pec-  
catū in sp̄ritūsanctū. In quo genere pcti  
refert Hiero. se originē deprehendisse: qui  
post mortem suam anathematizat⁹ est: vt  
xxiij. q. ij. c. vl. Et huius presumptiōis du-  
plex est sp̄s fm̄ Tho. sc̄da 2. q. xxi. ꝓ:  
ma est in qua qđ inittit inordinate proprie  
virtuti ꝓꝓrijs meritis: qđ presumptio po-  
tissime ꝓcedit ex inani gloria: siue ꝓsumat  
de virtutē corpōrali siue sp̄rituali. Secun-  
da vero est qđ quis inittit inordinate dñe  
misericordie deo tribuens qđ ei nō puenit  
per qđ auertit a veritate diuina: ꝓsumēs  
venia sine penitētia ⁊ gloria sine meritis.  
de qđ Eccl. xxxvij. ꝓ presumptio nequissi-  
ma vnde creata es: cooperire sc̄z spe falsa  
diuine misericordie arida nequitia ⁊ dolo-  
sitate illius. Glo. qz decepit etiā seipm̄: ⁊ h̄  
ē ꝓꝓrie pctm̄ in sp̄ritūsanctū: qz ꝓ eū ꝓtem-  
nit adiutoriū sp̄ritūsancti per qđ homo  
reuocat a pctō. Quidā tamē presumūt in  
mortis articulo se posse sufficienter penite-  
re: sicut latro fecit: ꝓtra quos scriptū legi-  
tur. Maledict⁹ homo qui peccat in spe: de  
pe. dis. iij. c. quādo quis: ⁊ h̄ exemplariter  
patuit i Amon filio Manasses: qui vidēs  
patrē primo peruerse agentem ac postea ꝓ  
penitētiā a deo susceptū: vt ꝓz. iij. Reg.

xxj. ⁊ ij. ꝓparal. vlti. Dixit in corde suo. ꝓz  
Chryf. in opere impfecto: ꝓater me⁹ ex  
iuuentute multa mala fecit ⁊ in senectute  
penituit: ⁊ ego nunc ambulabo fm̄ deside-  
ria cordis ⁊ postea ꝓuertar ad dominū: qđ  
ꝓꝓter duobus tm̄ annis regnavit: ⁊ ꝓ vni-  
dictam diuinā celeri morte sublatus est.  
Tertiu pctm̄ est impugnatio veritat⁹ agni-  
te: de qua dicit Hein. de vni maria: vbi su-  
pra qđ talis impugnatio aut puenit ex in-  
firmitate vt cum qđ ꝓꝓter verecundiā vni-  
ci nolēs impugnat veritatē agnitā: in his  
tm̄ in quib⁹ nō est periculū nec iminet ali-  
cui damnū: ⁊ sic ē veniale pctm̄: aut pꝓue-  
nit ex ignorātia crassa cū danno alicui⁹ vt  
cū ꝓꝓter munera v̄l aliqua stipēdia qđ exce-  
cant intellectū impugnat veritatem agni-  
tam in damnū alterius: vt patet in malis  
aduocatis: ⁊ sic est mortale peccatū. Aut  
ꝓꝓrouenit ex certa malicia: vt cū quis im-  
pugnat deliberate fidē catholicā v̄l ꝓꝓre-  
pta v̄l cōsilia euāgelica: ⁊ sic ꝓꝓrie ē pctm̄  
in sp̄ritūsanctum. Nam agnitio veritatis  
quā fides explanat docet esse peccatū: esse  
virtutē: esse iudicē: eē penā ip̄ioꝝ: eē glori-  
am iustoꝝ: qđ retrahūt hominē a malo ⁊ al-  
liciūt ad bonū. Sꝓ ꝓtra hāc assumit impu-  
gnationē vitatis agnite quā sc̄z ipugnat  
nō ex ignorātia ꝓbabili sed affectata: imo  
⁊ certa malicia vt sic liberi⁹ peccet ⁊ sine ve-  
recūdia. Et his dicit Esa. v. Ne qui dicit  
bonū malū ⁊ malū bonum ponētes tene-  
bras sc̄z erroris lucem veritatis: ⁊ lucē sc̄z  
fidel esse tenebras ignorātie. Et iterū. Ne  
qđ sapientes estis in oculis vestris sc̄z rezoꝝ-  
quēdo diuinā veritatem falso iudicio fm̄  
opinionem vestrā. Quartū pctm̄ est in-  
uidētia fraterne gratie: de qua dicit Hein.  
de vni maria: vbi supra. Qđ autē puenit  
ex infirmitate: puta si dolet altū meliorem  
sibi ꝓferri: tūc si dolet ꝓꝓter suam insuffi-  
cientiā nō peccat: qz dolo: ille bon⁹ est vt pa-  
tet superius. Si autē dolet de eminentia al-  
teri⁹: sed talis motus ē indeliberat⁹ sic est  
veniale pctm̄: si tm̄ esset deliberat⁹ timens  
sibi ꝓꝓter hoc dimini ꝓꝓter gloriā: tunc  
est mortale pctm̄ ⁊ sp̄s inuidie. Si deniqz  
ꝓuenit ex certa malicia: puta cum ꝓꝓpter  
deꝓꝓationē affect⁹ aliquis nec amat bo-  
num in se ip̄o nec etiā videre pōt in alio: ⁊  
sic ꝓꝓrie est pctm̄ in sp̄ritūsanctū: nam si-  
ne auxilio interioris gratie nullo humano  
conamine quis ventam adipisci potest: di-  
cētē domio. Sine me nihil potestis facere.



Sed cōtra hoc assumit inuidentiā frater/ ne gratie: que p̄surgit nō de p̄speritate terrena v̄l exaltatione mūdāna: sed de exalta- tione r̄ p̄fectu diuine gratie: nō inuidēs p̄- sone sed gratie dei crescenti in mūdo: ma- gis eligens ab alijs duci vitā carnalē r̄ se- larem q̄ virtuosam r̄ religiosam. In cuius argumentū talibus frequēter ingerūt per- secutiones opp̄siones: derisiones: detra- ctationes: oblocutiones r̄ silia. Quintus peccatū ē impenitētia. Pro quo nota s̄m Lyrā Matth. xij. q̄ hic nō accipit finalis ipenitētia p̄t est quedā pct̄i circūstantia sc̄z q̄ aliquis ī pct̄o mortali morit̄: sed q̄ quis tante malicie ē q̄ eligit d̄ pct̄o suo nū- q̄ penitere: ita q̄ nollet q̄ deus sibi grām penitēdi daret de malo tā cōmissō: r̄ sic pri- uat peccati emēdā. De qua ipenitētia dicit ap̄ls. Ro. ij. Sc̄m duriciā aut tuā o pct̄o r̄ cor ipenitēs thesaurizas tibi iram in die ire. Ubi dicit glo. q̄ tāta ē labes hui⁹ pec- cati: vt de p̄candi humilitatem subire non possit etiā si pct̄m suū p̄scia mala teste co- gnoscere r̄ enūciare cogat. Hic aut irā sibi thesaurizare dicit̄: p̄pter enormitatē hui⁹ vitij: grauius ē enī post pct̄m cōmissū nol- le penitere q̄ ipm pct̄m cōmittere. Nam in talibus etiā ventalia pct̄a p̄pter actualem contemptū sepe mortalium enormitatē sor- tiunt̄: que in timoratis mentib⁹ ventaliuz limites nō excederent: vt sic miser adange- at thesaurum execrabile eterne damnatio- nis. Hoc etiā dicit Aug⁹. r̄ habet. xxv. di. §. hinc etiam. Nullū inquit pct̄m est adeo veniale qd̄ nō fiat criminale duz placet. Sextum ē obstinatio in malo cōmittendo cū quis firmat p̄posituz in hoc q̄ futuris pct̄is cōmittēdis inheret ac si nō esset in- competens: r̄ sic importat volūtātē delibe- ratā p̄manēdi in peccato: contra id qd̄ ne- cessario requirit̄ ad delectionem culpe: qd̄ ē p̄positū nō amplius peccādi. In hac aut obstinatione Saul cecatus inuidia contra dauidā dānabiliter pseuerant: sicut r̄ p̄ha- rao rex egypti: de quo dicit domin⁹ Exo. iij. Indurabo cor pharaonis sc̄z p̄mitten- do: nec grām apponēdo p̄ quā cor emollit̄ suū illud p̄s. xxi. Factū est cor meū tāq̄ ce- ra liquecēs: vnde sup illud Ro. ix. Cuius vult miseret̄ r̄ quē vult indurat. Dicit Lyrā q̄ hoc nō fit p̄pter defectū dei cum non deficiāt in eis instinctus diuini ad bonum in quibus diuina bonitas totiens cōtem- pta se liberalissime prebet: sed est propter

defectum liberi arbitrij nō recipiētis illos instinctus: r̄ sic eidem iuste gratia subtra- hitur r̄ denegatur: qua subtracta miser in peccatis obduratur: quia gratia nata est mollificare cor humanū. Hinc dicit̄ Ec̄s. vij. Considera opera dei q̄ nemo pōt corri- gere id est nullus homo: nulla aduersitas nullus euentus quē ille despexerit: r̄ sic eo- rum tribulatio vel aduersitas nō est exer- citium purgationis sed initiū damnatio- nis: quia dicit̄ Greg⁹. xvij. moral. q̄ flagel- lum tunc diluit culpā cum mutauerit vitā nam cuius mores nō mutat: nō expiat acti- ones. Omnis ergo diuina percussio aut est initium pene sequentis aut initiuz bene vi- uentis. Primū patet in Pharaone r̄ An- tiocho regibus obstinatis. Sc̄m ī Dauid r̄ Manasse regib⁹ emendatis. Excecavit enī priores malicia eoz: sic r̄ hodie mul- torū corda nullis plagis vel euentibus ad humilē penitentiā emoliri queunt: donec diuino iudicio tandē crudeliter mulctant̄ in eternū cruciandi. Qd̄ a malis auertat Iesus christus. Amen.

### Sequūter sermōes de p̄cepto sexto.

Utrum sit contra legem natu- re habere plures vxores simul. Et vtrum licuit ex dispensatione. Et r̄ de grauitate adulterij in quo si- mul committi possunt septem pec- cata criminalia:

#### Sermo primus

### Non mechaberis.

**N** Exo. xx. Hoc ē p̄ceptū sextū in ordine p̄ceptorū. In q̄ qd̄ d̄s explicite p̄hibet lesionē corpo- ralem in p̄sona coniuncta: sicut in p̄cepto precedenti p̄hibet lesionem alicui⁹ in per- sone p̄pria: implicite vero p̄hibet in isto p̄- cepto omnē illicitum concubitū r̄ omnem illicitum vsum mēbrozū venereozum. Di- cit enī Aug⁹. super Exod. r̄ habet. xxij. q. iij. c. meretrices. §. sed vtrū: vbi subdit̄. Si furti nomine bene intelligitur om̄s il- licita vsurpatio rei aliene: nō enī rapinam permisit qui furtum p̄hibuit: sed vtiq̄ to- tum aperte intelligere voluit: quicquid il- licite rerum p̄ximī aufertur: p̄fecto nomi- ne mechle om̄is illicitus concubū atq̄



illorum membrorum non legitimus usus prohibitus debet intelligi. Tunc per hoc potest istud preceptum tripliciter potest exponi. Prima expositio proprie respicit mechiam que fit in preiudicium contracti matrimonij: que talis est. Non mechaberis scilicet contra sacramenti matrimonialis institutionem: aliquem actum libidinis exercendo. Secunda vero expositio respicit mechiam que fit per abusum luxurie corporalem extra vinculum matrimonij que talis est. Non mechaberis. id est nulli commisceris absque federe matrimoniali. Et sic exponit Isidorus super Exodum. et ponit in decreto. xxxij. q. v. c. non mechaberis: id est nec quis que preter matrimonij federa alienis feminis admisceatur ad explendam libidinem. Mirum cum talis matrimonium spirituale violat in sacramento baptismatis contractum: quia tollit membra christi et facit ea membra meretricis: ut patet ibidem. c. si in eo fornicator. Tertia namque expositio respicit mechiam que patrat per abusum cogitationum et exteriorum sensuum: que talis est. Non mechaberis. id est non adhibebis libidinosi illecebri et imundis revolutionibus corde vel sensibus exterioribus abutendo. Dicit enim Isidorus: et habetur. xxxij. q. vij. c. non solum de commissa fornicatione peccatum regnat in homines: sed si adhuc delectatur atque animum tenet scilicet fornicandi proculdubio regnat. Fornicatio carnis adulterium est: fornicatio animi est servitus idolorum. Est autem et spirituales fornicatio: de qua dominus ait. Qui videt mulierem ad concupiscendum eam iam mechatus est eam in corde suo. Omnis imunda pollutio fornicatio dicitur: quibus quoscumque diversa turpitudinis voluntate prestituatur ex delectatione enim fornicandi varia gignuntur flagitia: quibus regnum dei claudit: ut homo a deo sepeatur. Quantum igitur ad mechiam secundum expositionem primam sciendum: quod sic duplex est matrimonium: scilicet carnale et spirituale: sic etiam duplex erit adulterium scilicet carnale et spirituale. Et quia sponsus animarum nobilior et fidelior ac amore nostro dignior esse videtur: ideo per consequens adulterium spirituale gravius iudicatur. Primo tamen videndo de carnali adulterio sciendum quod illud tribus modis fieri potest. Primo cum solutus vel soluta commiscetur cum coniugato vel coniugata: et tunc ponitur eius diffinitio. xxxvj. q. j. h. cum ergo: ubi subditur. Adulterium vero est alieni thori violatio: unde adulterium dicitur quod ad al-

terius thori accessio: hoc ibi. Secundo vero concernit coniugatum vel coniugatam cum soluto vel soluta se commiscere: de quo adulterio dicit Augustinus de decem chordis: et ponitur. xxxij. q. vj. c. Non mechaberis: id est non ibis ad aliam aliquam preter uxorem tuam: tu autem exiges hoc ab uxore et non vis hoc reddere uxori: et cum debeas in virtute precedere uxorem tuam quoniam castitas virtus est: tu sub uno impetu libidinis cadis et vis uxorem tuam victricem esse etc. Tertio denique perpetratur adulterium ex utraque parte: scilicet tam adultere quam mecham et tunc aggrauatur peccatum: quia duplicatur adulterium: Mirum cum dicitur. xxxij. q. vij. c. quemadmodum. h. sunt enim: quod sicut gravius peccat adulter quam fornicator: sic gravius peccat qui nec sua dimissa ducit aliam eo qui sua dimittens cognoscit aliam: gravius quoque qui uxorem habens ad coniugem proximi accedit quam qui non habens uxorem alterius violat vel uxoratus ad solutam accedens. Verumtamen in adulterio requiritur dolus: eo quod in adulterio ignorantia probabilis facti excuset ab adulterio. Unde legitur scriptum in concilio Triburien. et ponit. xxxiiij. q. ij. c. In lectum mariti absente uxore foror iuit uxoris quam ille uxorem suam esse putans dormiuit cum ea: super hoc visum est: si ipse per securitatem veram scilicet sui iuramenti hoc probauerit quod inscius fecerit hoc scelus: penitentiam quidem que sibi indicta fuerit agat legitimum suum coniugium habere permittatur: illa vero digna vindicta affligatur et in eternum coniugio priuetur. Hic primo queri potest: utrum habere plures uxores simul sit contra legem nature: presertim cum dicit Augustinus. et habet. xxxij. q. iij. c. obijciunt: quod quoniam mos erat crimine non erat: sicut patriarche coniugibus exipientibus semen suum miscebant: non concupiscentia perficiende voluptatis sed providentia propagande successiois: h. ibi. Sed mos et consuetudo si est approbata nec excusat a culpa. Hic dicit gl. Gen. v. d. Lamech qui duas habuit uxores quod propter hunc morem et naturam misit adulterium. Ad hoc dicitur secundum Richardum. l. iij. di. xxxij. q. i. h. oie est duplex natura. Prima est natura generis que est animal: et sic ut dicit institutum de iure naturali. Jus naturale est quod non omnia animalia docuit. Et sic h. plures uxores simul non est contra legem nature: nec tamen est contra secundum naturam: quod reperiunt et quaedam animalia que coniungunt in individua copulam: sic sunt turtures et aves alie que pluri me. Secunda vero est natura speciei que scilicet est homo.



Et sic lex naturalis est qua naturalis ratio practica aliquid observandum in agibilibus constituit. Homo namque reponitur in specie hominis: per animam rationalem. Et sic habere plures uxores simul est contra legem nature: quia ratio naturalis dicitur equalem debere esse obligationem quantum ad usum corporum inter virum et mulierum ad hoc ut sit societas coniugalis. Dicitur etiam nullum se debere obligare ad aliquid quod possit esse impossibile alij rei cui obligatus est: Impossibile est autem unum virum equaliter esse obligatum pluribus mulieribus sicut unum soli. Dicitur etiam ratio virum ad hoc debere tendere: ut in domo sua sit pax: quam multum impediret uxorum pluralitas: eo quod vir non posset cui libet ad votum satisfacere: et suspicaretur una plus diligere aliam quam se: et sic certaret contra virum et adiuvicem. Unde et in veteri et in nova lege determinatum est quod erit una unus: quia utrobique scribitur. Propterea reliquet homo patrem et matrem et adheret uxori sue: et erunt duo in carne una. Ius insuper naturale est: quod non faciat alij quod sibi non vult fieri: vir autem non vult quod uxor habeat alium virum: nec ergo velle debet aliam habere uxorem cum in tali actu ad paria iudicantur. Et hoc naturaliter impressum est in humana natura: quod patet ex eo quod in matrimonio quidam amor est singularis quo naturaliter omnis vir zelat uxorem: quantum ad hoc ut nullum diligat in actu illo sic ipsum diligit et contra. Et ideo ut ibidem dicit Bonaventura. State natura nunquam fuisset ibidem communitas etiam si cetera facta fuisset communia: similiter adveniēte charitate que facit omnia communia: uxorem nunquam facit communem propter priuatum amorem qui debet esse in matrimonio: qui etiam est sacramentum illius amoris quod deus zelat animam: ut nolit aliquem tantum diligere quantum se: et hac de causa se virum vel sponsum anime frequenter in sacra scriptura nominare voluit: et in hoc patet sapientia dei quod se nobis in nobis ostendit: et nobis ipsis ostendit in subditis creaturis quid agere debeamus. Patet igitur ex dictis quod est contra legem nature plures habere uxores simul. Secundo queri potest: utrum igitur aliquando licuit ex dispensatione diuina plures habere uxores: presertim cum. j. Regum. j. legitur quod Melchana duas habuit uxores. scilicet Annam et Beneniam: nec tamen propter hoc in scriptura reprehenditur: cum tamen conditor nature merito non faceret contra naturam:

imo contra propriam institutionem: cum enim matrimonium institueret dixit: Et erunt duo non tres vel quattuor in carne una. Ad hoc dicendum secundum Bonaventuram. in. iij. dist. xxiiij. quod licet deus non facit vel dispensat contra ius nature: quod ordinat in ipsum sed bene dispensat contra ius nature quod ordinat in proximum: non tamen proprie facit contra ius sed supra: quia recta ratio sic dicitur non esse faciendum: ut tamen dicat in eius opposito deo esse obediendum. Deus ergo cum patribus dispensauit et eo modo et causa quibus licuit. Pro quo sciendum quod ad hoc quod aliqua dispensatio debite fiat et ea quis prouenienter utatur quattuor erunt concurrētia. scilicet congruitas: necessitas utilitas et honestas: que simul in hoc casu reperiuntur. Primo namque tempus illud congruum fuit dispensationi quia tempus fuit figure. Et quia christus per baptismum generare debuit liberos et filios tam in ecclesia catholica quam etiam in hereticis diuenticulis non in figura procedere deus matrimonium siue generatio ex libera et ancilla. Et rursus: quoniam inter illos qui ab hereticis baptizantur et qui heresim sequuntur quidam ad ecclesiam reuertuntur: ideo utriusque figura processit: primi in ismahel: de quo dicitur Genesim. xvi. Ejce ancillam et filium eius: secundum in ancillis Jacob: quoniam filii sunt inter liberos computati. Sed illa congruitas non se extendit ad tempus nature institute nec gratie: quia non erat tunc tempus figure nisi tamen tempore legis mosaice. Secundo vero in tempore illo necessaria fuit hominibus dispensatio: quia tunc pauci fuerunt deum colentes: ut igitur diuinus cultus non periret: necesse fuit ut filios multiplicarent ad quam multiplicationem plures uxores erant accipiende: que necessitas cessauit tam in lege nature quam etiam in lege gratie. Tertio proinde suadebat utilitas: quia parentes filios erudiebant: et filii mores parentum seruabant: et ideo quanto plures genuerunt filios: tanto dei cultus erat celebrior: et sic erat utile multos generare. Sed hec ratio se non extendit ad tempus Abrahe: quia ante non multiplicabantur ad dei cultum sed ad malum: eo quod imitatores erant patrum scelerum: quapropter deleti sunt cum terra. Quarto denique excusabat honestas: quia non affectu libidinoso sed casto: nec affectu adulteri: sed mariti etiam concubinas cognoscebant. In cuius argumentum de Abraham dicitur quod non ipse ancillam accepit sed uxorem obediuit et ei in ea debitum reddidit ac affectu viri cognouit. Ceterum ratione huius honestatis dicta dispensatio se duntaxat ad illos extendit in lege veteri: qui uxoribus et con-



eubinis temperater ad bel cultum multi-  
plicandū vti sciebāt ⁊ volebāt: aliter enī  
eis dispensatio nō valebat. Et si querit  
qualiter ista dispēsatio fuit facta cuz nihil  
de ea legis expressum in scripturis. Ad h  
respōdet ibidem Richar. q̄ hoc p̄ceptū de  
nō habēdo simul plures vxores nō erat nī  
si legis nature q̄ scripta est in corde: ⁊ t̄o  
sufficit dispēsatio facta per inspirationē in  
ternā que facta fuit patriarchis ⁊ prophe-  
tis explicite s̄ minoribus implicite. Pre-  
cipue tamē vt dicit ibidē Bonauen. facta  
ē illa dispensatio p̄ diuinā inspirationē ab  
raam ⁊ Dauid: q̄n̄ christū de eorū semīe na-  
sciturū recipiebāt in p̄missione: ⁊ quia isti  
erant tanq̄ capita populo ⁊ ⁊ imitandī tā-  
q̄ sancti: ideo intellexerunt recte dispensa-  
tionē hāc ad oēs extendī q̄ erāt imitatores  
eorū in castitate: vnde ⁊ mos fuit ex hoc in-  
troducitur durās vsq; ad aduentū christi:  
Sed tūc cessauit: q; tunc cessauit necessitas  
⁊ cōgruitas: verūtāmē nō omnib; licuit ī  
lege veteri accipere simul plēs vxores: sed  
quibus licuit solū ex reuelatiōe diuina li-  
cuit q̄ fuit p̄ inspirationē: v; ex de diuor. in  
c. gaudem. subdit: nec vnq; vlli licuit plu-  
res insiml vxores habere nisi cui fuerit di-  
uina reuelatione p̄cessū: p̄ quā sicut Jacob  
a mēdacio: Israhelite a furto: Samson ab  
homicidio: sic ⁊ p̄riarche ⁊ alij viri iusti q̄  
plures legunt simul habuisse vxores ab  
adulterio excusant: hec ibi. Alijs autē p̄-  
hibitū erat q̄ scz in matrimonio nō q̄rebāt  
diuinū honorē sed p̄ptā voluptatē. Hinc  
p̄cipit Deut. xvij. nō habebit vxores plu-  
rimas q̄ illiciāt ei; animū: cū tamē Dauid  
decē vxores legis habuisse. ij. Regum. xv.  
vnde dicit ibidē Lira: q̄ nō inibit sim-  
pliciter pluralitas vxorū: s̄ taliū q̄ illicerēt  
animū regis ad nimīā carnalitatē: ⁊ potis-  
sime alienarū que traherent ad idolatri-  
am: sicut accidit in Salomone. De quo di-  
cit. ij. Reg. xj. Cūq; iaz esset senex: deprau-  
natū ē cor eius p̄ mulieres vt sequeret de-  
os alienos. De hoc. xxxij. q. iij. c. salomō.

**T**ertio queri pōt: virū adulteriū est ma-  
ximū peccatorū: p̄sertī cū. xxxij. q. vij. dicit  
tur. c. quid in omnib; peccatis est adulte-  
rio graui;: secundū nanq; ī penis obtinet  
locum: quē quidē primū scz locū illi habēt  
qui errant a deo. i. heretici: etiā si sobrie vi-  
xerint scz quantū ad exteriorē hominē: in-  
cutus etiā argumentū nullū peccatum oc-  
cultū in lege veteri tam rigorosa examina-

tionē inuestigabat ac obprobriosa pariter  
⁊ miraculosa animaduersione diuinit; pu-  
niebat sicut adulteriū: put indicat lex ze-  
lotypie de qua videbit; postea: si vero ma-  
nifestū erat tūc lex p̄cepit ambos interfici  
dicis enī Leuit. ij. Si mechatus fuerit q̄s  
cū vxore alteri; ⁊ adulteriū p̄petrauerit  
morte moriat; mechus ⁊ adultera. Ad hoc  
dicendū q̄ est adulteriū simplex: cum. s. so-  
lutus vel soluta accedūt thorum alterius.  
Et est adulteriū duplex cū scz vxorat; acce-  
dit ad vxorē alterius: ⁊ hoc grauius ē. Di-  
cit enim Augustin; de adulterinis coniug;  
⁊ ponitur. xxxij. q. vij. in. c. quēadmodum  
s̄ sūt enī: q̄ grauius peccat qui vxorē hīs  
ad cōiugem p̄ximī accedit: q̄ qui nō hīs  
vxorem thoz alterius violat. In vtroq; ta-  
mē adulterio plura peccata enormia com-  
mitti possunt ⁊ peccatorū occasiones infi-  
nite prodeunt: p̄pter quod adulteriū red-  
ditur tam horrendū ⁊ detestabile: vnde in-  
ter alia p̄cipue duodeci pctā criminalia cō-  
mitti possunt. Primū est execrabile furtū  
personarum quo subtrahit p̄prio viro cor-  
pus suum illud cōmunicans alieno. Plu-  
res nanq; viri potius se p̄mitterent exhe-  
